

PETRI APOLLONII,  
COLLATII, PRESBYTERI  
NOVARIENSIS,

Excidij Ierosolymitani

L I B R I   I I I I .

Nunc secundo, sed emendatores editi operâ  
ac studio ADRIANI VANDER-  
BURCHII, cum nonnullis eiusdem  
ad marginem notis.



LVGDVN I BATAVORVM,  
Ex OFFICINA PLANTINIANA,  
Apud Franciscum Raphelengium.

c I D. I D. LXXXVI.

I A N V S D Q V S A

A D

*Adrianum Burchium.*

H V N C quoque grata tuo debet R O M A labori:  
Hoc etiam B U R C H I nomine viuet opus.  
Te sine namque foret, quis C O L L A T I æmula priscis  
Carmina; quis Vatem nosset A P O L L O N I U M?  
Nosse parum est: studio ecce tuo iam tercioq; exit  
Ille Palæstine conditor Historiæ,  
Fatum iterans S O L Y M O R V M & læsi Numinis iram.  
Fallimur? an tanti pænè, perire fuit?  
I nunc, i mendax O V I D I , Historicaniq; negato  
Curæ adçò aut cordi Vatibus esse fidem.

IN PETRI APOLLONII  
DE EXCIDIO VRBIS  
IERUSALEM LIBROS,

*Carmen*

Adriani Vander-Burchij.

**S**I C V T in inculto gemmā qui repperit agro  
*Aut aurum, aut sculpto præsiguum emble-*  
*mate nummum,*

*Gaudet, & inuentum fidis ostendit amicis,*  
*Si bonus est fideiq. tenax, nec collocat illa*  
*Sordidus arata nulli visenda sub arca :*  
*Sic quibus ingeniū & sincero pectore mens est,*  
*Dum Musæa vago discursu prata pererrant,*  
*Et lati latis Phœbi spatiantur in aruis,*  
*Si quid forte noui, si sit reperire veruisti*  
*Quod studiis profit, vel quo speciosa iuuentur*  
*Docti turba viri seu sedula scire iuuentus,*  
*Candido id omne animo in communem largi-*  
*ter usum*

*Promunt, nec tacita patiuntur sede latere,*  
*Ast omnes secum cupiunt hac parte beatos.*  
*Primus in his Lipsi tanquā inter sydera parua*  
*Luna micas, dignus meritauro atq. corona.*  
*Proximus accedit tibi Douza, manuq. prebedit*  
*Victoremq. suum, Canterum, Lernutiumq.,*

P E T R I A P O L L O N I<sup>7</sup>  
C O L L A T I I , P R E S B Y -  
T E R I N O V A R I E N S I S ,

D E

*Urbis Ierusalem euersione,*

L I B E R P R I M V S .



x i t i v m Solymæ, & tristes à stir-  
pe ruinas;

Totque olim ducibus claram, tot re-  
gibus urbem,

Seruitio tutpi & miseranda sorte  
subactam

Dicere fert animus. Nunc ô veneranda canentis

Calliope regina chori, fontisque sacrati,

Huc ades; & tecum comites assume sorores.

Tuque mihi causas memora, quo criminè genti

Hanc Deus intulerit cladem: scis ipsa, nec vniquam

Obscurasse potest mentem tibi longa vetustas.

Venerat è summo demissus cardine cæli,

Errores hominum tandem miserratus, ab alto:

Humanamque Deus sancta de virginie carnem

Sumpserat, & castæ seruato corpore matri,

Non intellecto, mundo comparuit ortu.

Cumque forent doctæ studiorum lumen Athenæ,

Et latè princeps terrarum Romula tellus,